



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Natales Sanctorvm Belgii, & eorundem Chronica Recapitulatio

Molanus, Johannes

Dvaci, 1616

Die vigesima quinta Iunij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-9477

Die vigesima quinta Iunij.

1^o. De sancto Adelberto, archidiacono.

Ex Medelocensium scriptis, historia Switberti, & Chronici Balavia.

Egmondæ, in Kenemaria, sancti A D E L B E R T I confessoris & leuitæ. Hic filius regis Deiorum, pro Christo dimisit regale patrimonium: & cum sanctus Egbertus instar duodecim Apostolorum, duodecim congregaret Apostolicos viros, quos missurus esset ad prædicandum fidem Christi paganis & barbaris Frisonibus, hunc leuitam undecim presbyteris duodecimum adiunxit: qui anno Domini sexcentesimo nonagesimo, velut duodecim Dominici gregis arietes, prospero vento appulerunt in *Viltenburg*, siue Traiectum. Itaque Adalbertus, primus Traiectensis ecclesiæ archidiaconus, post multorum paganorum conversionem, & laudabilem sanctæ vitæ consummationem, multis miraculis clarus, sepultus est Egmondæ in Kenemaria, quæ etiam Hæmunda appellatur. Vbi sub Theodorico primo Hollandiæ Comite corpus eius de tumulo leuatum est. Theodoricus autem iunior, paternæ deuotionis feruentissimus æmulator, ibidem monasterium construxit Ordinis sancti Benedicti, in honorem S. confessoris Adalberti, quod hæctenus *Egmond* dicitur, in diocesi Harlemensi. Huius denique Theodorici filius, Egbertus Treuirensis præsul, per merita S. Adalberti à valida febre absolutus, eius vitam curauit describi per Medelocenses conobitas, quæ exstat inter historias Sanctorum

torum mensis Iunij. Natalis enim incidit in diem vigesimum quintum dicti mensis.

Est autem Egmondense monasterium & vetustate, & dignitate longè nobilissimum in Hollandia, in quo multi principes tumulati nouissimam tubam expectant, qui illud ad honorem Dei munificè dotarunt. Inter eos etiam Arnulphus sanctitatis & martyrij titulis à multis decoratur. Theodoricus autem Comes nonus è terra sancta redienstam hoc monasterium quã Reimbursense diuo Petro obtulit sub annali tributo quatuor solidorum Frisingensis monetae.

2º. De S. Theodulpho, episcopo & abbate.

Ex itinere in Franciam, & monumentis Lobij.

L Aubijs, beati THEODULPHI episcopi & confessoris, Aut, vt legit Binchiensis chorus, Lobijs, Theodulphi, Rhemensis archiepiscopi & confessoris. Fuit abbas post sanctissimos viros Vrsmarum & Erminum. Vocatur etiam archiepiscopus Rhemensis, eadem, vt suspicor, de causa, qua sanctus Abel: Neque enim historia eius exstat, vnde id certius cognosci possit. Sed tantum itineratio in Franciam. Ex qua constat Ercliacum in pago Laudunensi, patriam sancti Ermini, petiuisse sibi ex Lobijs efferri corpus S. Ermini patroni sui; sed Lobium metuens perpetuam retentionem, misit sub nomine beati Ermini, corpus sancti Theodulphi, qui digno cum honore susceptus est, sed nullum fecit miraculum nisi redeundo, cum per pagum Cameracensem Franciæ fines euasisset. Tunc enim Valence- nis cœpit sub proprio nomine miraculorum luce clarescere.

*De Abel,
s. Aug.*

clarefcere. Vnde illius fifci oppidani in honorem medici fibi diuinitus destinati, ecclefiam dedicare vouent, & fanctum Theodulphum perpetuo retinere deliberant. Sed tandem clanculo sine uilo apparatu, corpus fanctum à Lobienfibus reductum eft, per uim tamen ferè ab ijs qui curati erant, ad Scaldim retinebatur. Translatus eft autem ex Lobio ad oppidum Binchiense, & utrobique natalis celebratur die uigefimo quinto Iunij. Efti ex Lobienfi martyrologio conftet pridie eum caelo natum effe: fed die illo folennizat uniuersalis ecclefia primam Præcurforis Domini natiuitatem.

3^o. De fancto Oduino martyre.

Ex lectionibus Hugar dia.

Hvgardiae, natalis fancti ODUINI martyris. Qui ad facerdotij honorem prouectus, singulariter inuigilabat ieiunio, orationi, pfalmodia, & eleëmofynis. Vnde cum iret in uillam *Melceles* (aut *Meldaerr*, ut putatur) celebraturus diuina, obuios habuit duos scurras, qui fraude machinabantur extorquere pecuniam, quam pupillis uicuis, & indigentibus distribuere eum agnouerant. Sed alter, qui se mortuum simulabat, iusto Dei iudicio mortem obiit: à qua tamen piiffimus Oduinus eum refuscitauit. Postmodum exorta eft quaestio inter agricultorem quendam & filiolum spiritualem fancti Oduini, de mera inter confinia agrorum, pro qua secundum ius & aequitatem decidenda, communi confensu nominatus est arbiter. Beatus autem uir sententiam decidit contra suum filiolum. Vnde is ira percitus, fossoriam

rium à manu patrini suscepit, & in verticem eius violenter direxit; sciditque ei caput medium. Sanguinis autem effusio fontis venas mox aperuit, de cuius lotione multos fuisse restitutos sanitati, perceptum est. Natalem habet in die natali Præcursoris Domini. Ideoque Hugardienses ad diuum Gorgonium Canonici, festum eius, quod duplex celebrant, transferunt in diem sequentem: Et reliquias corporis sacri quiescentes in capsula, in Processionibus sæpius circumferunt, potissimum tamen vltimo festo Pentecostes.

Est autem Hugardia celebre municipium diocesis & territorij Leodiensis, Brabantia contiguum. Quod cum Baldricus episcopus fossis munire veller, restitit cum exercitu Lambertus barbatus, Comes Louaniensis, & ex parte episcopi trecenti ceciderunt. Ad quorum refrigerium Leodij construxit monasterium sancti Iacobi in insula.

*Historiano-
tata est in
fac. mltit.
Duc. Brab.*

Vigesima sexta Iunij.

1^o. De S. martyribus Saluio & Superio.

Ex Martyrologio & historia manu-scripta ad sanctum Saluium.

IN portu Valencianis, sancti SALVII, episcopi Angolifinæ ciuitatis, & martyris: qui in Gallias cum vno comite ad prædicandum veniens, & in villa quæ dicitur *Breusticum*, à Winegardo filio Genardi clam comprehensus, & in capite securi percussus, vnà cum supradicto comite martyrium suscepit.

*Deijs Iacobus Gu-
sus lib. 13.
annal.
Har. t. 12.
& 4. 1699.*

Natus hic fuit Aruernæ, sed pontificali dignitate insignitus, ad prædicandum verbum Dei ex Aquitania in Gallias venit, cum vno discipulo, qui magistrum nõ tam pedibus quàm moribus sequebatur.